



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Officia Propria Ecclesiae Et Dioecesis Paderbornensis**

**Asseburg, Wilhelm Anton von der  
Paderbornae, 1764**

XXIII. S. Liborii Ep. & Conf. Patroni Diœc. dup. I. Cl. cum oct. in & extra  
Civit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62764](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62764)

sata contremuit & vox sponsi, eam ad æternæ vitæ gaudia vocantis, à toto circumstante populo cælitùs audita est. Quo miraculo percussa Gentilium multa millia Christo crediderunt; cùmque Præfectus in eos exercitum immitteret, in Jesu Christi fidei professione, proprio sanguine baptizati, martyrii palmam acceperunt. Margarita autem extra urbem, abscisso capite, virginitatis gloriam honore martyrii cumulavit, decimo tertio Kalendas Augusti, anno trecentesimo. R. Atterentur Regi.

IN III. NOCTURNO.

*Homil. in Evang. Simile est Regnum cœlorum thelauro, de comm. non Virg.*

*R. R. De communi Virg.*

*Die XXIII, Julii.*

**S. LIBORII EPISC. CONF. PATR.**

*Dup. 1. Class. cum oct. in & extra Civit.*

*Omnia de communi Confess. Pontif. præter propria.*

Ora-

*Oratio.*

**O**mnipotens sempiterne Deus, qui Ecclesiam tuam in Confessione Sancti nominis tui solidasti: præsta quæsumus; ut quæ Sancti LIBORII Confessoris tui atque Pontificis annua recolit solemnia, ejus apud te suffragiis ab omni mereatur adversitate liberari. Per Dominum.

IN I. NOCTURNO,

*Lectioes de communi Confessoris Pontificis*

Fidelis Sermo, *ut in Breviario.*

IN II. NOCTURNO,

*Lectio IV.*

**B**eatuſ Liborius natione galluſ, ab ineunte ætate honeſtiſ moribuſ prædituſ, & liberalibuſ inſtructuſ diſciplinuſ, futuræ ſanctitatuſ ſpecimen dedit: modeſtiâ & humilitate fuit ſingulari: divino cultui valdè dedituſ, animi ſui devotionem frequen- ti pſalmorum modulatione teſtabatur. Ejuſ virtutibuſ & merituſ com- motuſ populuſ Cenomanenſiſ, ipſum

in

in Episcopum consecrari petiit: ejus vocationi cum resistere non posset, onus subire cogitur. In eâ dignitate constitutus, omnia Episcopi munia sedulo obivit: sed præcipuè enituit in pauperum cura, quorum angustiis & necessitatibus sublevandis totus insistebat. *R.* Inveni David.

*Lectio V.*

**Z**elo divini cultûs non mediocriter accensus, decem & septem Ecclesias in suâ Diœcesi, tum propriis sumptibus, tum quorundam nobilium fultus auxilio ædificari curavit: quarum census ita destinavit, ut eorum pars ad majoris seu Cathedralis Ecclesiæ luminaria deserviret. Vigilantem & indefessum in suo Episcopali munere animum Deus multis decoravit miraculis: ipsius enim meritis cæci quam plurimi visum recepere, & dæmones ab obsessis corporibus recedere coacti sunt.

*R.*



Ry. Posui adjutorium.

*Lectio VI.*

**B**eato Martino Turonensium Archiepiscopo fuit valde familiaris & ejus præsentia, antequam diem extremum clauderet, frui meruit. Nam Angelicâ revelatione monitus Martinus ad Liborium accessit, quem lecto humili strato cilicio recumbentem, & ad futuram vitam suspirantem invenit. Eumque suâ benedictione consolatus, postea mortuum honorificè sepeliri curavit in Ecclesiâ Apostolorum Petri & Pauli, quam beatus Julianus olim construxerat: ubi sancti Liborii corpus requievit, donec postea in Saxoniam, Deo ita disponente Reliquiæ ejus translatae sunt.

Ry. Iste est.

IN III. NOCTURNO.

*Homilia in Evang. Homo peregrè.  
Cum reliquis de communi.*

*Missæ: Statuit. Oratio ut supra. Credo.  
Secreta & Postcomm. prop.*